



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 6. Sessionis dilatio ad quindecim dies a Legatis decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

§. VI.

Sæcl XVI.

A.C. 1562.

*Sessionis dilatio ad quindecim dies a
Legatis decreta.*

Cum duodecima Novembris dies pro- Pallav. n. 10.
ximæ Sessioni præfixa appropin- usque ad 19.
quaret, rursus Lansacus Patribus sup- Rayn. hoc
plicabat, quatenus illam per aliquot ann. n. 117.
dies different, eoquod Lotharingii
Cardinalis adventus proxime instaret.
Faciles ad id aures præbebant Legati,
quod etiam Lansacus cum tanta animi
sui voluptate percepit, ut interim de-
cretum de residentia sibi a Legatis o-
stensum proponi haud ægre ferret, ea-
demque occasione iterum insinuaret,
sua nihil interesset, hoc, an illo jure præ-
cepta declararetur residentia, prout
idem Cardinalis Mantuanus in iupero
conventu retulerat.

His ita dispositis Lansacus quanto-
cius discessit, Lotharingio Cardinali ob-
viam processurus, eo autem adhuc ab-
fente Arnaldus Ferrerius ejus Socius
rursus Sessionis prorogationem petebat,
quod eadem facilitate ipsi quoque æ-
que ac Lansaco datum est, adjecta ta-
men hac conditione: *si Pontifex pariter
annueret:* cum autem Papa, dum de hac
concessione certior factus fuerat, repente
suam mutasset sententiam, forte res
aliam induissent faciem, nisi ejus Nun-

112

tius

Sæcul. XVI. A.C. 1562. *tius serius adventasset, postquam Legati suam jamjam fidem obstrinxerant; quapropter ipsi etiam integra fide promissis suis stabant, nec minus etiam de proximo Lotharingii Cardinalis adventu promissionis a Gallis factæ veritas paulo post eventu comprobata fuit.*

§. VII.

Quidam a Papa & Legatis aduentanti Lotharingio Cardinali obviam missi.

Pallav. n. 11. Postquam Pontifex Lotharingium Brigantinum adventasse compererat, mox Sarpius l. 7. pag. 606. *xiam adventasse compererat, mox Carolum Grassium Montis Falisci Episcopum Roma ablegabat, qui salutationis officiis persungeretur, & Cardinalem Tridentum comitaretur. Pariter Legati obviam mittebant Urbanum Roboreum Senogallensem Episcopum, qui Lotharingium prope Gardiæ Lacum exceperebat: Grassius vero præstito obsequio, a Cardinale Lotharingio iussus Tridentum contendit, ut Legatis proximum ejus adventum annuntiaret, eos rogando, ut illum præstolari vellent: ipse vero Cardinalis non nisi Roboreum secum retinuit, qui eum quoque Tridentum comitaretur.*

§. VIII.